

## CAPUT XIV.

CHRISTUM DOCERE NOS EXEM-  
plo suæ contumeliæ, contemptus & ca-  
lumniæ, mundi honores & glo-  
riam aspernari.

Isa. 53. *Erat despectus & novissimus  
virorum, vir dolorum & sciens  
infirmiorem.*

**A**Lterum caput ærumnosæ vitæ  
Salvatoris nostri consistit in con-  
temptu. Postquã ergo in hoc Li-  
bro vitæ paupertatem Christi conside-  
ravisti, porro ad profundissimam illi-  
us humilitatem contemplandam pro-  
gredere: & intelliges nihil honoris  
aut gloriæ temporalis illum sibi arro-  
gavisse, sed omnibus ipsum honore  
aut laude afficere volentibus contra-  
dixisse qua verbis, qua factis; mundi  
hujus dignitates adeoque omnes illa-  
rum occasiones fugisse; maxima hu-  
militate contumelias & blasphemias  
admisisse, cum à Judæis Samarita-  
nus, energumenus, & virtute Diabo-  
li miracula edere diceretur; doctri-  
nam illius cœlestem pro blasphemijs  
habitam esse; ipsum mendacijs  
& calumnijs oneratum, denique  
pro-

*Vera  
Humili-  
tas est  
Christi  
exemplo  
pati ex-  
tremum  
contem-  
tum.*

*Speculū  
contemptū  
Christi.*